ri, loquuntur quoad irregularitatem, & non quoad pænam corporalem.

Item adde, quod committens abortum, etiamſi fædum mõſtruoſum occideret, vtputa, ſi haberet vnum brachium, vel plura brachia, vel vnum pedem tantum, uel plures debet puniri pæna mortis, ſi anima eſſet infuſa, ſecus verò ſi non eſſet in forma humana, quia haberet caput animalis bruti, vel ſimile. Bal. Ang. & communiter Doctores in l. dicitur, ff. de liber. & poſthum. & Gomeſius de delictis, cap. 3. num. 32. *Baiar.*

e *Honoris ſui.*) Farin. vol. 5. ſuæ prax. quæſtion. 122. part. 5. num. 91. & parte nona, numero centeſimo trigeſimo primo, & quæſtione 161. volumin. 1. nu. 194. & ibi poculo amatorio. *Roſſ.*

f *Tu vero dic.* Farina. d. parte 6. nu. 149. & ſequ. Farinac. dict. part. 6. num. 137. *Roſ.*

e *Aſcendens cum ſcalis.*) De pæna autem apponẽdi ſcalas ad feneſtras uel ad domum alienam, ibi initandi cauſa, vide per Ang. de Aret. in §. ſanctæ quoque res, ſub numer. 4. inſtitut. de rerum diuiſ. *Giach.*

10 *Aſcendens cum ſcalis.*) Adde uidendem Iacob. Menoch. de arbitr. iud. caſu 360. numero 95. & Farinac. uariarum quæſt. nouiter impreſſum in q. 20. num. 145. qui accedit cũ Domino Claro, & Menoch. ibi etiam dicit, quod ſi extaret bannum imponens pænam mortis naturalis aſcendentibus cum ſcalis de nocte, abſque eo quod diceret ex qua cauſa apponeretur ſẽper, cũ qui amoris cauſ. ſic per ſcalas aſcenderet, a pæna mortis excuſaretur. Sed aduer-
11 tẽdum eſt, quod Bald. non dicit ſimpliciter, ꝙ aſcendens cum ſcalis de nocte ad domum alienam, pæna ultimi ſupplicij puniatur, vt refert D. Clarus, ſed dicit, quo ponens ſcalas ad muros, uel ad feneſtram alicuius, ſi hoc facit cauſa uiolandæ caſtitatis, eſt puniendus pæna mortis, ſecus ſi mulier non ſit caſta, ſed meretrix, quia tunc extraordinariè punitur, tamen credo opinionem D. Clari ſequendam eſſe, quando adeſt conſenſus mulieris, vel non ponantur ſcalæ ad monaſt. monial.

12 Item † adde, quod fur cõmittens furtum cum ſcalis, ſi meretur pænam fuſtigationis propter furtum, per hanc qualitatem, quod furatus eſt cum ſcalis, debet puniri ad triremes per quinquennium, ita deciſum fuit in Regio cõſilio Cathaloniæ, ut atteſtatur Peguer. in quæſt. crim. 26. *Baiard.*

gnante, quæ potionibus partum abegerit c *honoris, ſui conſeruandi cauſa, vt in caſu ſuper quo conſuluit Barbat. conſil. 23. in 2. dubio lib. 2. & Dec. conſ. 535. Dicit autem Pract. Iodoch. cap. 74. num. 12. quod mulier, quæ doloſè abortum fœtus viuentis procurauit, ex recepta conſuetudine punitur pntei ſuffocatione: ſed apud nos illa pœna non eſt in vſu.*

Sed quæro, qua pęna puniatur ille, qui percuſſit mulierem prægnantem, ex qua percuſſione illa abortum fecit. Reſp. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd vbi adeſt dolus, debet puniri pęna vltimi ſupplicij, & hanc dicit eſſe magis communem opin. Boſſ. in tit. de homic. nu. 6. Tu verò dic, quod aut partus ad hoc non erat animatus: & punitur pęna extraordin. Aut vero erat animatus: & punitur pęna homicidij. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Blanc. in pract. crim. fol. 75. num. 33.

3 *Adulteri puniuntur pęna capitis. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Adulterium, verſ. ſed. quæro.*

4 *Aſcendens* g *cum ſcalis de nocte ad domium alienam, punitur pęna vltimi ſupplicij ſecundum Bald. in l. fin. circa fin. ff. de rerum diuiſ. atque ita ſeruatum fuit per proregem Neapolis in executione cuiuſdam edicti. Quæ* h *ſententia (licet Grammat. deciſ. 36. eam defendere conetur) iudicio totius Italiæ viſa fuit nimis ſeuera, & crudelis, maximè attenta bona qualitate illius nobilis iuuenis, &* i *cauſa, propter quam aſcenderat, quæ fuit amor cuiuſdam pulcherrimæ puellę, qui etiam prudentes viros ſæpius excæcauit, & de illa ſententia mentionem etiam facit idem Gram. ſuper conſtit. regni, fol. 31. col. 1. nu. 6. certè hæc opin. Bal. apud nos ſeruatur, ſed hæc qualitas aſcendendi cum ſcalis aggrauat tantummodo principale delictum, ita vt grauius puniatur, ſiue ſit ex cauſa amoris, ſiue ex cauſa furandi, ſiue aliud maleficiũ committendi. Et in hoc propoſito videnda eſt deciſ. Afflict. 276. & Mantua conſ. 31. num. 2. lib. 2.*

5 *Blaſphemantes puniuntur pęna mortis, Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Blaſphemia, verſ. ſed quæro.*

6 *Carceratus* k *fugiens fractis carceribus, capite punitur. Dixi ſupra quæſt. 21. verſic. Tertio autem.*

7 *Caſtrans* l *ſeipſum, vel caſtrari faciens, punitur pęna capitis, l. 4. in fin. ff. ad legem. Cor. de ſicar. quod dicit eſſe not. in dũ Catald. de ſynd. nu. 86. quia alias vidit dubitari in ciuitate Recanati, cũ quidam Sclauus ſibi ipſi preputium abſcidiſſet, & ibi refert Bald. in l. reos, nu. 9. C. de accuſ. dicentem, ꝙ. mẽbra generationis ſunt membra, quæ habẽt proprias, & diſtinctas operationes, imò dicuntur eſſe mẽbra nobilia, & per quæ ſaluatur ſpecies humana: & ideò mutilans illa debet puniri tanquam inimicus naturæ.*

8 *Cuſtos carcerum, carnaliter cognoſcens mulierem carceratam de conſuetudine ſuſpenditur. Dixi ſupra*

h *Quæ ſententia.*) Farin. d. q. 20. num. 145. *Roſ.*

i *Cauſa propter quam aſcenderat.*) Amor itaque crudelis punitur, vt hic: & de mulierum amore ſupra in §. fornicatio, verſ. mulieris etiam: De ſcalis autem, prout hic, vide ſupra quæſt. 60. uerſ. eſt & amor. Menoch. tract. de arbitr. iud. caſu 328. libro 2. centur. 4. infr. uerſ. 1. ad fin. ſupra q. 28. uerſic. ſed nunquid. Hæc tamen pęna portantis ſcalas ad feneſtras minus ſeuerè caſtigata fuit, eoquia actus non conſummatus, licet atrox, imò atrociſſimus, & pæna affectus, ſolet ex poteſtate legis iudici conceſſa minui, ut in caſu ſcalæ ſic exportatæ concludit Ioſeph Fontanella inter conſilia crim. diuerſ. conſil. 97. part. 2. per dec. Afflict. factam ad inſtantiam Regis Federici 276. num. 8. ubi uide. *Drogh.*

K *Carcetatus fugiens.*) Qũo autem procedatur contra carcetatũ poſt fugam, ſup. q. 61. verſic. Sed hæc quidẽ omnia. *Baiard.*

Carceratus.) Adde, ꝙ
13 mulier fugiens de carcere cauſa euitandæ libidinis excuſatur, ſecundum Baldum in l. 1. nu. 11. C. de ædil. action. & ſi cuſto-
14 des † dimiſiſſent eam exire cauſa voti explendi ad aliquam eccleſiam non dicitur fugiſſe, quia reuertendi propoſitum ſemper detinuit, vt ibi per eundẽ
15 Bald. alias † limitationes ponit. Viuius communi. opin. in uer. fuga, nu. 24.

16 Item adde, † quod in ſtatu eccleſiaſtico eſt Bulla Sixti V. anno 1. eius Põtif. qua puniuntur omnes, qui carcerẽ, aut aliã quãcunque cuſtodiã effregerint, ſiue tentauerint, ſiue ad hoc homines, uel arma miniſtrauerint, pęna læſæ maieſtatis, & rebellionis, ac etiã auxiliũ, conſiliũ, vel fauorem, quoquomodo præſtantes. *Baiar.*

l *Caſtrans ſeipſum.* Farin. in ſup. alleg. q. 20. nu. 157. uol. 1. & q. 128. p. 1. num. 32. *Roſſ.*

Caſtrans ſeipſum.) Ad-
17 de † uidendum Fab. de Monteleon. in ſua praxi. arbitr. in 3. & ult p. 4. par. princip. numero 930. cum ſequent. fol. 292. ubi qua pæna de iure canon. ſit puniendus, uult etiam
18 Farin. uar. q. nouiter impreſſum, q. 20. nu. 153. & † etiam Medici puniuntur caſtrantes homines, licet ipſi conſentiant, niſi ægritudo ſit mortalis, & quæ non poſſit aliter quam per inciſionem curari, & ideò ipſi ſẽper dicunt, & proteſtantur, quod recipiunt ipſum pro homine mortuo; ita tradit Angel. in l. lege Cornel. §. conſtitutum, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs, ubi ſubdit, quod putat talem proteſtationem parum prodeſſe, ſi ipſi medici;

medici aliquam culpam, vel imperitiam commiſerint in curatione, & mors ſequatur, hoc etiam tenet Paris Put. in verb. cõpoſitio, ver. an ſi delinquens nu. 2. & ſi hoc ſeruaretur in practica, certè multi medici punirentur. *Baiard.*

m *Pœna capitis.*) Adde, & vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 302. & ibi. quando excuſetur. *Giach.*

n *Sed ſi detinebatur.*] Farin. in tit. de carceribus vol. 1. q. 31. hic allegat. vbi latiſſimè. *Roſ.*

Detinebatur pro crimine capitali.) Adde, quod eximens de carcere, alias tenetur ad debitum, pro quo detinebatur exẽptus, Marſil. Rub. de fideiuſſor. num. 16. Iaſ. in §. Pęnales, num. 114. Inſtit. de actio. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 301. num. 32. Item dicitur turbare iuriſdictionem iudicis, & ideò tenetur Alex. conſ. 35. vol. 2. referente Capyc. deciſ. 137. ſub nu. 7. Ad hoc tamen, cum ſic eximen teneatur tali lege cuiuſcunque, ff. ad l. Iul. Maieſt. oportet, quod exẽptus iam ſit confeſſus, vel alias condemnatus, Alex. conſil. 13. num. 9. in fine, vol. 6. *Drogh.*

Sed ſi detinebatur.) Adde, quòd in Regno Neapolit. adeſt conſtitutio incip. cuſtodes, qua cuſtodes carcerum puniuntur pęna publicationis bonorum, & carcerationis per annum, ſi per eorum negligentiam carcerati euaſerint, ſi per fraudem pęna capitali. *Baiar.*

20 o *Et hoc quidem locum habet in cuſtode.*) Adde, † Commentarienſem non teneri, ſi duo commentarienſes, & vnus ſine ſcientia, & conſilio alterius aufugit cum carcerato: quia iuſte de ſocio ſuo fuit confiſus, l. fin. verſicul. interdum, ff. de cuſtod. & exhib. reor. & ibi Alex. in Apoſt. ad Bartol. & Bologn. in addit. ad dict. l. fin. qui eam inducit pro Caſtellanis, quod tamen procedit, quando dominus carceris, vel Caſtri appoſuit ſocium; ſecus ſi commentarienſis, vel Caſtellanus ſocium appoſuiſſet, quia tunc teneretur, quia malum ſociũ appoſuit: ita declarat Pariſ. de ſyndicat. in §. licet dicatur, quod carcerarius, num. 3. & ibi etiam habetur, ſi commentarienſis
21 commiſerit carceres alicui, † qui tunc ſufficiens reputabatur, ſed poſtea mutauit mores, nunquid ipſe teneretur de carcerato, qui negligentia talis famuli aufugit, & ſi carceratus im-
22 petrauerat litteras ceſſionis bonorum à Principe cum mandato, quòd cedendo bonis liberaretur, & carcerarius liberaſſet illum, vel aufugiſſet, antequam iudex decerneret admittendum, vel non admittendum ad ceſſionem bonorum, an teneretur, & an ad totum debitum, vel ad intereſſe, & in hac materia cuſtodum carcerum, & quibus pęnis puniantur, vide Menoch. de arbitr. iud. caſ. 302. vbi ponit multos caſus, vide etiã Afflict. in conſtitut. Caſtellani numero tertio, rubric. 88. fol. 169. vbi plenè hac materia, ſed omninò vide Farinacium va-
23 riarum reſolutionum, nouiter impreſſum † in quæſtione trigeſimaprima, vbi more ſuo mirabiliter hanc materiam ampliando, & limitando declarauit, & alibi: ita benè examinatam non reperies, & ibi numero ſeptuageſimoſecundo, & 73. an cuſtos teneatur de fuga carcerati, quando pro eo interceſſerit fideiuſſor de tuto carcere, de quo habetur etiam per Bertazzolum in conſil. 257. numero 5. & conſil. 421. nu. 29. cum ſeq. vol. 2.

hoc eod. lib. §. fornicatio, verſic. cum carcerata. Item cuſtos carcerum ſi propter eius negligentiam carceratus aufugit, punitur n *pęna capitis. Sed hoc intellige, vt procedat, quando ille, qui aufugit, detinebatur pro crimine capitali. Nam eo caſu ſi fuit in nimia negligentia, vtique punitur vltimo ſupplicio: ſed ſi* o *detinebatur ꝙ crimine non capitali, tũc punitur iudicis arbritrio iuxta modum culpæ. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boſſ. in titulo de carcere, nu. 10. Et hoc quidem locum habet in cuſtode, qui eſt negligens in ipſo actu cuſtodiæ: ſed ſi tantummodo fuerit in culpa in deputando ſubſtitutum, qui fuit negligens in cuſtodia, nõ debet ipſe cuſtos principalis puniri pœna mortis. Et ita iudicauit curia Neap. vt refert Grammat. voto 29. quę hoc caſu cuſtodem tantummodo ipſo* p *officio cuſtodiæ priuauit, de quo etiam mentionem facit Boer. deciſione 216. & ſequentib. & Boerium, & ſeipſum refert idẽ Gramm. ſuper conſtit. regni, fol. 45. colum. 1. Et pro defenſione cuſtodis imputati de fuga carceratorum, videnda ſunt ea, quæ ſcribit Bald. cõſ. 32. lib. 3. & Ioann. de Amicis conſil. 28.*

9 *Diuidentes prædam cum aggreſſoribus viarum ſunt comburendi. l. ſi quis barbaris, vbi Bartol. C. de re milit. lib. 12. quem text. dicit Paris Put. de ſynd. fol. 250. nu. 8. eſſe ſingularem contra Agozinos, ſeu Baricellos, qui ſolent de nocte ſumere ſecum fures, & cum illis diuidunt furta; ſubdens, quòd propter hoc quidam Agozinus, qui diuidebat prædam cum furibus, fuit Neap. ſuſpenſus:*

24 Item adde, quòd † ſi cuſtos carceris pretio, vel gratis, vel alio modo fregerit carceres, dimittens captiuum, tenetur pæna l. Iuliæ Maieſtat. l. cuiuſque dolo, ff. ad l. Iul. Maieſt. & hoc affirmat uidiſſe de facto Barthol. de Capua in ſuo ſingu. in cip. nota quidam cuſtos.

25 Item adde, † quod cuſtos carcerum, qui nobilẽ carceratum non arctè detinuit, ſi ille nobilis aufugit, excuſatur Ant. Gabr. lib. 7. concl. 8. num. 55. folio 901. vbi infinitos accumulauit hoc tenentes, & in materia cuſtodis carce-
26 rum, † & an teneatur, ſi fugiens iniuſtè fuit carceratus, vide etiam Beccius conſil. 44.

27 Item † adde, quòd cuſtos non debet dimittere carceratum, ut exeat cauſa voti explendi, etiam ꝙ redeat, quia eius officium eſt tenere eos incluſos; niſi hoc faciat ex conſuetudine publica: nam non eſt delictum, nec delicti qualitas, quam publica conſuetudo permittit, Baldus in l. 1. num. 11. C. de ædil. action.

28 Item adde, quod † cuſtos carceris excuſatur, ſi non cuſtodiuerit ita diligenter illum, qui erat de proximo relaxandus, ſicu illum, qui erat de proximo condemnandus, Ang. in l. ſi quis ſub conditione, §. fin. ff. de cond. inſtit. & Pariſ. de ſyndic. in §. an poteſtas, qui aliquem, vbi dicit etiam, quòd excuſatur ille, qui non cuſtodiuit benè ſenem, ſicut iuuenem, ſiue eum, qui traditus eſt ligatus, & idem tenuit Bart. in l. ſi pecuniam; §. ſed ſi accepit, ff. de cond. cauſ. data.

Item adde, ſi vnus officialis non habens carceres racommẽdauit in carcere Poteſtatis aliquem captiuum, qui carceratus deinde aufugit cum alijs carceratis; an carcerarius, cui cuſtodia fuit demandata, teneatur, vide Pariſ. de ſynd. in d. §. an Poteſtas, qui aliquem, in fin.

29 Item † adde, quod cuſtos carceris excuſatur, ſi fuit deceptus à filio, uel ab uxore carcerati, ſi eum induendo veſte muliebri excarcerauit, quando illi portant alimenta, vide Parid. de ſyn. in ver. carcer. in verſ. an ſi plures, num. 18.

30 Item adde, † quòd Cuſtos, ſi carceratus aufugit, præſumitur negligens, & ipſe tenetur ſuam diligentiam probare, Bart. in l. 3. §. effractores, ff. de offic. præſid. Catald. in conſ. 21. num. 13. inter conſ. crim. tom. 2. magn. impreſſ. & Par. de ſynd. in §. qualiter autem probatur.

31 Item adde, † quod cuſtos non liberatur a carcerati cuſtodia, licet iudex ad cuſtodiam famulos ſuos miſerit, quando in carcere remanet captiuus, vt per Bartolum, in l. ſi vt certo, §. ſi de me. ff. de commod. Catald. conſ. 56. lib. 1. conſil. crim. diuerſor. paruæ impreſſ.

32 Item † adde, quod iudex de plano, & ſine figura iudicij poteſt audire crimina contra cuſtodes carcerum, qui aliquid cõmiſerint, gloſſ. in l. unius, §. fin. & quæſt. & Pari de ſyndicat. in §. carcer, & carceratus princip. & quando iudex cognoſcit in cauſa ſui officialis, ab illa ſententia non poteſt appellari. l. 2. C. quorum appella. & iſti poſſunt velo leuato propter commiſſa in officio remoueri à iudicib. l. 2. vbi Bald. C. de ſport. & Pariſ. de ſynd. vbi ſupr. *Baiard.*

p *Officio cuſtodiæ priuatur.*] Et ideo, cum hęc pœna priuationis locum habuerit, non potuit amplius alia pœna puniri; ſupra q. 57. verſic. Dictum eſt in principio; Aduerte tamen,

men, quod magnum eſt periculum Comentarienſis, ideſt Cuſtodis carcerum, cum ipſe teneatur dolo carere, cum aufugerit carceratus, eſt dictum notabil. Felin. in cap. ſi autem, in 4. fall. column. prima de reſcript. Boſſius Titulo de denunt. ſub numero duodecimo. *Drogh.*

q *Eximens de manibus iuſtitiæ.*] Vide de materia hac Decian. tractat. crim tom. 2. lib. 7. cap. 11. & Far. vol. 1. q. crim. q. 3. & etiam q. 30. *Roſſ.*

r *Et refert Carauita.*]
33 Adde, quòd † illa ſententia fuit iniuſta, quia eximens captum pro debito publico, vel priuato, tenetur ad ſolutionem debiti, ſecundum omnes ſcribentes per text. in l. quoties, C. de exact. tribut. libr. 10.
34 etiam quòd † is ad carcerem reducatur, Salicet. in l. admonendi de iureiur. & Pariſ. de ſyndicat. in verb. probatio in ſyndicatu num. 2. Magon. deciſ. Lucen ſ. 90. num. 4. Et ad
35 † pęnam extraordinariá, vt per Alexand. conſil. 35. volum. 2. & Cagnol. in l. vnic. § is videtur, num. 47 ff. ſi quis iuſdicen. vbi di-
36 cit † eadem pœna puniri eximétem à manibus curiæ captum ex cauſa criminali, ſed ſi exemerit cō-
37 demnatum, † vel confeſſum, vel conuictum de aliquo crimine, incurrit crimen læſæ maieſtatis,
38 & ſimiliter † impediens officiales capere malefactorem confeſſum, vel conuictum, incidit in l. Iuliam maieſtatis, ſecūdùm Angel. in conſil. 74. num. 16. tomo 1. inter conſilia crimin. diuerſ. & de prædictis vide etiam Viui. deciſ. 92. & Guid. Pap. deciſ. 579. & 161. numer. 5.
39 habetur etiam, † qua pœna venit puniendus ille, qui mouet litteras Iudicis à manu ſeruientis; & etiam quomodo punian-
40 tur lacerantes litteras iudiciales, † & per eundem in deciſione 233. & quando eximens aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere exiſtentem, debeat puniri
41 † pœna criminis læſæ Maieſtatis, vide etiam Brunum in regul. 381. & omninò Gomeſ. de delictis, capit. ſecundo, nu-
43 mero ſeptimo, & an, † & quando interficiendo captos exiſtentes in manibus Iuſtitiæ, incurratur crimen læſæ maieſtatis, vide omnino Burſat. conſil. ducenteſimo decimo ſexto, volum. 2.
43 Item † adde, quòd Cagnol in d. § is videtur, numero 26. dicit, quòd ſi quis præmonuerit bannitos, & homicidas, vt cauerent, quia miniſtri iuſtitiæ tunc veniebant ad capiendum illos, qui propterea euaſerint, quòd pari pęna veniret puniendus, tamquam præſtans opem, & auxilium dictis reis criminum ad euadendum. Sed Gomeſ. in titulo de delictis capit. tertio, numero 50. in fin. dicit, quòd debet puniri pęna extraordinaria; quia ſaltem voce præſtitit auxilium poſt delictum, & etiam tenetur ad intereſſe, vt per Caſſan. ſuper conſuetudin. Burgund. rubric. 1. § 7. in text. *de ſimple reſcorueſſe.*, in verbo 3. concluſ. quòd eximens, fol. 404. & ibi etiam dicit, quòd ille, qui notificat debitori alicuius, quòd aufugiat; quia creditor ſuus ordinauit eum capi, tenetur creditori ad ſoluendum debitum: & idem tenet Marſ. ſing. 137. Vid. Clar.
44 Item † adde quòd ſi vxor maritum ſuum à carcere exemerit mutatis veſtibus, vel alia calliditate, remanendo in carcere loco mariti, excuſatur à pęna ordinaria, vt per Gomeſ. de delict. cap. 9. num. 12.
45 Item † adde, quòd venenans conſanguineum, ſiue affinem in carcere detentum, condemnatum vel bannitum, ne vituperetur familia, ſi laqueo ſuſpendatur, tenetur pęna parricidij, & non pœna læſæ maieſtatis. Burſat. in conſ. 216. n. 9. vol. 2.
Item adde, de eximente, vel fugere faciente captū pro debito, vide Plot. de in lit. Iur. § 24. num. 6. & ſequ. vbi dicit, quòd te-
46 netur ad debitum, † nec eximens poterit probare captum non eſſe debitorem, & ſi eſſet debitor fiſci, quod non teneretur, niſi ad debitum verum, & per Sacrum Conſil. Neapol. eximens captum pro debito ciuili, fuit damnatus ad remigandum per biennium, & ad damna partis, vt refert Franch. deciſ. 442. volum. 3. Et in hac materia eximétis captum à manibus Curiæ, vide Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. *des Iuſtices*, rubric. 1. numer. 68. & § 7. numero 34. Burſat. conſil. 216. in 1. quæſt. & Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, verſ. mortuo itaque, numer. 180. de teſtam. &
47 an † credatur executoribus, dicentibus captum ab eorum manibus exemptum fuiſſe, vide Alciat. de præſumption. regul. 5. præſumpt. 4. & Menoch. de arbitrar.
48 Iud. caſu 112. ubi plenè tractat hanc materiam, † quando nuncio publico ſit credendum, ſed omnia prædicta de eximente captum, uel carceratum ex cauſa criminali condemnatum, uel non condemnatum, uel ex cauſa ciuili, & an credendum ſit beroarijs, uide omninò Far. uar. quæſt. in quæſt. 32. ubi latiſſimè, & etiam de Bulla Sixti V. de hac materia diſponente.

Item adde, quòd licèt fugiens de cuſtodia, ſi captus, & reductus fuerit ad cuſtodiam ut prius, non punitur; non propterea liberatur à ſolutione debiti, quod eum aufugere fecit, Salyc. in l. admonendi, num. 11. in fin. ff. de iureiur. vbi dicit hoc cordi eſſe tenendum. *Baiard.*

ſ *Supra quæſt. 30.*] Farin. q. crim 28. n. 1. *Roſ.*

t *Falſum teſtimonium dicens.*] Adde vnum valde ridiculoſum, quod in Hiſpania per legem Regiam teſtes falſi hac pęna puniuntur, quòd ipſis extrahuntur dentes non omnes, ſed eorum quinta pars, etiam quòd falſum depoſuerunt in cauſis ciuilibus, ſiue Iudex ex officio, ſiue ad accuſationem procedat, ut atteſtatur Couarruuias in prima parte releȼt. §. 7. numer. 6. uerſic. lege Regia, ubi dicit hoc uidiſſe practicari. *Baiard.*

10 *Eximens* q *de manibus iuſtitiæ condemnatum ad mortem, vel confeſſum, ſiue conuictum de aliquo crimine, punitur pęna capitis. l. cuiuſcunque, ff. ad l. Iul. maieſt. Et hāc dicit eſſe frequentiori Doctorum calculo receptam ſententiam Plaza lib. 1. delict. cap. 38. n. 7.* r *Et refert Carauita ſuper ritu 160. num. 2. in fin. quòd in Ciuitate Neap. quatuor, qui exemerant è manibus familiæ quemdam nobilem, qui propter debita ducebatur ad carceres, fuerunt iuſſu Viceregis ſtatim ſuſpenſi, & in fruſta ſciſſi. Et apud nos quidam Baptiſta Zacagnus, qui quendam è manibus familiæ prætoris Mediolani exemerat, fuit laqueo ſuſpenſus 11. Febr. 1552. P. N. Et alij quatuor, qui exemerant quoſdam fraudatores cum inuentione è manibus Capitanei Glareæ Abduæ, pariter fuerunt furcis ſuſpenſi 28. Ianuarij 1554. P. N. Vide, quę dixi in hoc propoſito ſupra q. 20. verſ. eximens autem, & alijs ſeq.*

11 *Extrahens aliquem per vim de eccleſia punitur pęna mortis, veluti reus læſæ Maieſtatis, l. fideli, C. de ijs, qui ad eccleſ. confug. Quod intellige ſecundùm ea, quæ dixi ſup.* ſ *quæſt. 30.*

12 *Extrahens pro debito matremfam. ex propria domo, eamque ad carcerem ducens, punitur pœna capitis, l. 1. C. de offic. diuerſ. Iudic. An autem pro crimine poſſit mulier honeſta carcerari; dixi ſupra quæſt. 28. verſ. quæro igitur.*

13 *Falſum* t *teſtimonium dicens, per quod aliquis condēnatur ad mortem, punitur pęna mortis. Dixi ſupra hoc eod. lib. § falſum, verſic. Teſtis, qui falſum.*

14 *Famoſi latrones, & graſſatores viarum furca ſuſpendi debent. Dixi ſupra hoc eodem libr. § Furtum, verſic. ſcias tamen.*

15 *Fur, qui furatus eſt rem, quæ ſit valoris vltra quinq; ſolidos, punitur pœna mortis. Vide, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. § Furtum, verſic. Sed quęro, & ſeq.*

16 *Hęretici puniuntur pœna mortis. Dixi ſupra hoc eodem libro, § Hæreſis, verſic. ſed quæro.*

17 *Homicida punitur pęna mortir. Dixi ſupr. hoc eodem lib. § homicidium, verſic. ſed quæro.*

18 *Hoſtibus ferrum vendens, vel frumentum, vel ſal, &c. vel alias merces, punitur pęna capitis, l. 1. & 2. C. quæ res expor. non poſſ. & excommunicationis pœnam incurrit.*

u *Verſ. Chriſtiani deferentes.*] Adde hanc eſſe pęnam, de qua legitur Romæ die Iouis Sancti, in Platea S. Petri, & eſt bulla in Cænæ Dom. Vide Capyc. dec. 150. *Drogh.*

x *Imaginem Chriſti.*] Et quidem Venetijs quidam, qui blaſphemando Crucifixum in eccleſia Diui Marci perforauerat, à quo exiuit ſanguis, vt videri poteſt in dicta Eccleſia, fuit laqueo ſuſpenſus, ſimiliterque tres hoſtiæ, quæ venerantur in Ciuitate Bruxellæ regionis Flandriæ, ſeu Brabantiæ emiſerunt ſanguinem, quas & vidi, & pluries adoraui, *Drogh.*

Imaginem Chriſti.] Adde etiam imagines Saluatoris Noſtri, vel Sanctorum fędans, & ſpurcans, vel feriens, qua pęna puniatur per Iacob. Menoc. de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 4. caſ 376. *Giach.*

Imaginem Chriſti, aut Sanctorum.] Adde, quod ſimiliter incurrit pœnam
49 mortis, qui imaginem Saluatoris iacit in humum, vt pedibus opprimatur, l. 1. C. nemini licèt ſign. Saluat. & quidam, qui occaſione pecuniæ amiſſæ in ludo, inciderat cum cultro imaginem Virg. Mariæ, & Saluatoris noſtri, quem in brachijs tenebat, fuit per Sacrum Conſiliū Neap. punitus ad truncationem manus, & ad pęnam mortis naturalis, teſte Franc. deciſ. 504. vol. 3. Et quòd luſores pœna mortis puniantur, quòd propter ſubſtantiam commiſſam imagines Dei, & Sanctorū percutiunt, pulchrè Par. de Put. in tract. de ludo, col. pen. in verb. qua pęna puniantur.

Item adde, quod ſecundùm Menoch. de arbitr. Iud. in caſu 376. pęna eſt arbitraria Iudici, & ſimiliter de ſpurcante Imaginem Chriſti, vel Sanctorum, &c.

50 Item † adde quòd deturpans data opera Imaginem Summi Pontificis, tenetur l. Iulia Maieſt. ſi eſt conſecrata, aliàs non, Bombin. in 7. quæſt.

Item adde, quòd in ſimilibus delictis inſpiciendum eſt, quod fieri conſuetum eſt, gloſ. magna in l. quid ergo, § pęna grauior, & ibi Bart. col. 1. verſ. quæro, ff. de his, qui not. infam. & Zaſ. conſ. 19. ad fin. *Baiard.*

y *Punitur pęna mortis.*) Decian. tractat. crim. tom. 2. libr. 7. n. 9. & c. 2. n. 15. & 19. *Roſ.*

z *Incendiarij.*) Adde ſupra quæſt. 24. verſic. ſcias tamen in fine, & ibi de incendiarijs caſus ſingularis: in contingentia tamen facti diſtingue, vt per Melchiorem de Faccinis inter conſilia criminalia diuerſorum, conſilio 81. numero 2. parte 1. *Drogh.*

Incendiarij.) Incendium cuius culpa, & facto commiſſum credatur, qua pęna iure Cęſareo feriendus ſit incendiarius ob leuem, & latam culpam, & quaſi cum dolo incendium immiſit, quid de iure canonico, & pęnitentiali, plenè & luculenter explanatum, vide per Menoch. de arbitrar. Iudic. libro
*50 ſecundo, centur. 4 caſu 390. Et quod incendium † præſumatur factum culpa habitantium, niſi caſus fortuitus probetur, & habetur per Roland. conſil. 93. numero 2. & 3. libro 2. Et adeò vera eſt concluſio prædicta, quòd nedum ipſi inhabitantes tenentur de culpa ſua, verùm etiam familiarum, & pediſſequarum, per eundem ibi numero 45. Sed aduerte, quòd opus eſt, quod locator probet determinatam perſonam quæ incendium commiſerit, aliàs ſuccumbere debet, cùm non præſumatur culpa determinatæ perſonæ per eundem ibidem num. 9. cum ſequ. Item ſi vis defendere conuētum de incendio domus, in qua habitabat, aduerte, quòd probare debes, ignem habuiſſe principium in loco vbi de facili ignis eſſe non debebat; quia hoc modo probatur culpa inhabitantium non fuiſſe ibidem, n. 21. Vniuerſitas, vt de in-
*51 cendio † commiſſo teneatur, aduerte, quod non ſufficit probare, quòd omnes iuerint ad delinquendum, ſed oportet probare communicato conſilio incendium commiſſum fuiſſe, & ſic deliberatiuum conſilium committendi incendium illud præceſſiſſe. Et ſufficeret ratificatio, quæ qualiter probetur, item qualiter Vniuerſitas citetur, vide de omnibus per Boſſium titul. Banni. qui poſ. col. 1. *Baiard.*

Incendiarij.) Bal. quæſtion. 145. & 149. lib. 2. itē conſil. 175. eodem, & conſil. 403. libr. 1. Boſſius titul. de incendiarijs, Theſaur. deciſion. 24. Vulpell. conſil. 150. Farinac. plenè quæſt. 110. volum. 4. cap. 12. numero 41. capit. 3. numero 11. & quid in cōburente tugurium, fenile, vel aceruum frumenti, & quid ſi ex domo vicini, Bald. conſ. 491. libro 4. & 122. eodem de tugurio, ſeu capanna. Farin. vbi ſupra cap. 3. n. 185. *Roſ.*

Hæc autem pœna.) Adde, quod pluribus modis dolus in
51 incendijs probari poteſt, v. latè per Alexandr. in conſil. 74. volumine ſexto, Cepol. conſil 69. Bald. in conſil. 77. volum.
52 3. Soc. conſil. 222. & Calcan. conſil. 61. 62. & 63. Et † incendium in domo, ſi homo non fuit mortuus, non punitur pęna mortis, ſecundùm Grammat. voto 19. num. 5. Et Afflict. in Conſtitut. incipient. ſuper inciſionibus, num. 12. ubi poſuit ſeptem quæſtiones, & ibi etiam dicit, quòd quandocunq; ſit cōmiſſum incendium, ſine dolo, ſine lata, ſiue leuiſſima culpa, ſemper committens incendium tenetur ad emendationem damni.
53 Item † adde in hac materia incendij Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 390. ubi plenè cuius culpa incendium commiſſum credatur, & qua pęna incendiarius ſit puniendus ob leuem, & latam culpam, & quid ſi cum dolo factum ſit incendium, uide etiam Soccin. in cap. ſi quis damnum per tot. de iniur. & damn. dat. ubi multas quæſtiones poſuit, & hanc materiam plenè tractat, & quando incendium præſumatur factum culpa inhabitantium, & in quibus caſibus illi teneantur, Maſcard. de probation. latè in concluſ. 892. vol. 2. & Roland. conſ. 95. vol. 2.

c. ita quorundam, de Iudeis, Vide, quæ dixi inf. q. 77. verſ. u *Chriſtiani deferentes.*

19 *Imaginem* x *Chriſti, aut Sanctorum percutiens, frangens, aut vulnerans* y *punitur pœna mortis, ſecundum Ang. in l. ex ſenatuſconſulto, ff. ad l. Corn. de ſicar. & in ſua diſputatione incip. in refulgenti delitiarum, & ita obſeruatū fuiſſe per Curiam Burdegal. refert Boer. deciſ. 301. poſt num. 18. vbi atteſtatur quendam pro hoc crimine fuiſſe condemnatum, vt prius amputaretur ei manus, deinde caput. Refert etiam Marcus deciſ. 509. in fin. quod quidam Iudex in loco Pertuſij, qui proiecerat lapidē contra imaginem Beatiſſimæ Virginis, multaſq; contumelias in eam protulerat, fuit viuus excoriatus. Dicit tamen Ang. in d. l. ex ſenatuſconſulto, quòd aliàs cùm iſte caſus cōtigiſſet, fuit delinquenti ſolūmodo manus amputata, quem refert Afflict. ſuper 3. part. conſtit. Regni, rubr. 54. n. 9.*

20 *Incendiarij,* z *qui ob inimicitias, aut prædam intra oppidum incendium committunt, puniuntur pęna mortis. d. l. capitalium. § incendiarij, ff. de pœnis.*

Item illi, qui comburunt ædes, vel aceruum frumenti poſitum iuxta ædes, l. qui ædes, ff. de incend. ruina naufr. vt in incendio capſinæ, ſuper quo conſuluit Natta conſil. 42. & ſequ. Et proximis annis fuerunt Cremonæ ſuſpenſi iuſſu Senatus duo fratres, qui quaſdam ædes in quodam oppido combuſſerunt. Si quis verò non ædes, ſed tugurium cōbureret, non eſſet pœna mortis afficiendus: & ita ſenatus quēdam Paſqualem Curtarellum qui de incendio cuiuſdam tugurij conuictus fuerat, condemnauit tātum ad triremes per biennium, 2. Aug. 1559. P. N. Fuit tamen pro incendio poſito in fenili vltimo ſupplicio affectus Paulus de Molo, 28. Nouem. 1561. P. N.

a *Hæc autem pena ſtatuta cō tra incendiarios locum habet quando data opera cōmiſſum eſt incendium: ſecus autem ſi culpa, vel caſu, & in facti cōtingentia, quidam Donatus Birreta, qui incenſis ſtipulis permiſerat ignem vagari, quo frumentum ipſius proprium, et alienum combuſtum fuerat habita à parte remiſſione, fuit abſolutus, 27. Septembr. 1552. P. N.*